e-codices

S ubrufus aliqtum criſpuſ cincinnatuſ conuenit
÷ S atin me illi hodie ſceleſti capti coeperunt dolo.
Tin V t quidem hercle in medium ego hodie peſſume proceſſerim
V e illis uirgiſ miseriſ que hodie in tergo morient meo
Aeg V erba m̄ data eſſe uideo. Tin Quiſ ceſſatis compedeſ
C urrere ad me meaq: amplecti crura ut uos cuſtodiam
÷ I llic ſeruom ſe ſe adſimulabat hic ſe ſe aūt liberum
N ucleum amiſi: reliquit pignori putamina.
I ta mihi ſtolido ſurſum uorſuſ os ſublinire officijſ
H ic quidem me nunq̄ irridebit colaphe cordalio corax.
I te iſtinc atq: hec ferte lora. Cor num lignatū mittimur.

AEGIO. TYNDARVS. ARISTOPHONTES.

I NICITE huic machinaſ maſtigiae
Tin Quid hoc eſt negotij: quid ego deliqui: Aeg rogas:
S artor ſartorq: ſcelerum et meſſor maxume
Tin O ccatorem dicere debebat priuſ.
N am ſemper occant priuſq̄ ſarciunt ruſtici
Aeg A t ut confidenter mihi contra adſiſtit
Tin D ecet innocentem ſeruum atq; innoxium
C onfidentem eſſe ſuum apud herum potiſſumum
Aeg A ſtringite iſti ſultis vehementer manuſ
Tin T uus ſeruuſ. tu haſ quidem uel precidi iube
S ed quid negotij eſt quam ob rem ſuccenſes mihi
Aeg Q uia me meamq: rem quod te in uno fuit
T uiſ ſceleſtis falſidicis fallacijſ delaceraviſti
D eartuauiſtiq; opeſ. confeciſti omneſ reſ rationeſq: meas
I ta mihi & emiſiſti philocratem fallacijſ
I llum eſſe ſeruom credidiſti te liberum
I ta uoſmet aiebatis. itaque uos nomina
I nter uos permutaſtiſ. Tin fateor omnia
F acta eſſe ita ut dicis ut fallacijſ abijſſe
E um abſte mea opera atque aſtutia
A n obſecro hercle te id nunc ſubcenſes mihi
Aeg A t cum cruciatu maxumo id factum eſt tuo.
Tin D um ne ob malefacta peream parui extimo
S i ego hic peribo. aſt ille ut dixit non redijt

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 51r – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/51r)